Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26327
Copyright: Admont, Benediktinerstift



23

tus. euellamus perpudicitiam quod plantatum est. Tem
pus amplexandi. & tempus longe fieri ab amplexu.
Tempus amandi. & tempus odiendi. Tempus belli. & te
pus pacis. Simulq. nos commonet ne legem euangelio
preferamus. ne puritatem uirginitatis nuptiis pute
mus equandam. meliora sunt dicens nouissima sermo
nis quam initium eius. Statimq. subiungit. Ne dixeris
quid factum est. quia dies prioris meliores erant qua
bi. quia non sapienter interrogasti de hoc. Et reddit
causam. quare dies posteriores meliores sint quam
priores. Quia bona est in quid sapientia cum heredi
tate. In lege enim sapientiam re carnis mors ~~sequa~~
~~tur~~ sequebatur occidens. In euangelio sapientiam spi
ritus hereditas expectat eterna. Ecce hoc inueni dix
it ecclesiastes. Hominem unum de mille inueni. &
mulierem de his omnibus non inueni. Verumta
men reperi quod fecit ds hominem rectum. &
ipsi quesierunt cogitationes malas. Rectum ho
minem inuenisse se dicit. Considera uim uerbi.
In homine. & uir & femina continetur. Et mulie
rem in quid in his omnibus non inueni. Legamus
principium geneseos. & inueniemus adam hoc est
hominem tam uirum quam feminam nunc uari.
Cum ergo boni creati simus & recti ado. ipsi uitio
nostro sumus ad peiora delapsi. Et quod in para
dyso de prauatum est. Quod si obieceris ante qua
peccarent sexum uiri & femine fuisse diuisum
& absq. peccato eos potuisse coniungi.
quid futurum fuerit incertum est.